

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## LIBER

multitudinem eorum quæ scripsit increpâs illum ingeniosum nugatorem eum dixit. Obiit morbo quo tempore Diogenes igressus ad illum dixit. Num amico opus est? Aliquando ite intrauerat siccam habens: ad quem ille cū diceret quæ me doloribus absoluet: Ille ostensa sicca hæc inquit: & ille doloribus dixi non uita: uidebatur enim ferme mollius præferre morbum præ amore uitæ.

Est tibi uita canis mordaci natus in ore:

Non tamen ut rabido pectora dente petas.

phthisicus extinctus: forsan quis dicere posset:

Conuenit ad stygium flumen habere ducem.

Fuerunt autem & alii Antisthenes tres. Unus de schola Heracliti. Alius ephesius. Tertius rhodius quidam historicus. Quoniam uero eos quæ ab Aristippo fluxere ac phædone transegimus: age nunc illos qui ab Antisthene uenerunt: cynicos ac stoicos hoc ordine adiiciamus.

Diogenes.

**D** Diogenes Icesii mæsarii filius synopeus fuit: fugisse illum cum pater eius publice mensam haberet ac falso pecuniam signaret. Diocles auctor est: porro Ebulides in libro de Diogene diogenem ipsum hoc fecisse ait: atque cum patre una pulsus fuisse. Ipse quoque in pordalo de se ipso ait falso signare monetam. Quidam uero eum cum curator effectus esset persuasum ab opificibus aiunt uenisse delphos atque delum in patriam Apollinis: percontatumque esse an id ageret quod ei suaderetur quod cum sibi permissum esset de ciuili moneta æs adulterasse: deprehensusque ut quidam uolunt: exilio damnatum esse: ut autem alii putant: metu perterritum sponte patriam liquisse. Sunt qui dicant illum a patre acceptam pecuniam adulterasse: atque illum quidem in carcere diem obiisse: hunc autem effugisse: profectumque delphos siscitatum esse non utrum pecuniam falso signaret: uerum quid faciens clarissimus futurus esset: atque ita hoc oraculum cepisse. Cum uero athenas concecisset: conuenit Antisthenem. Eum ille cum repelleret: quippe quæ ex constituto suo neminem recipiebat: uicit perseverantia sua. illo siquidem aliquando intentante baculum: subiecto capite: cæde inquit. Non enim ita durum baculum reperies: qui me abs te quædiu aliquid dixeris arce re possit. Hinc iam auditor illius factus est: ac ueluti profugus ex patria se ad uictum simplicem contulit: inspecto ut Theophrastus ait in megarico mure discurrente qui neque cubilum inquireret: neque tenebras reuerteretur: neque aliquid eorum quæ ad uescendum idonea uiderentur appeteret: unde & casus suos consolatus est. pallium ut quidam uolunt: primus duplicem in usu habuit: ob necessarium usum utque illo se dormiens obuolueret: peramque tulit in qua & cibos ferebat: omnique ad omnia utebatur loco & prandens & dormiens & loquens. Quocirca & athenienses aiebat louis porticum ostendens sibi condidisse habitaculum. Ac baculo quidem primum initebatur: cum infirmus esset: deinceps autem eum semper ferebat: non quidem in urbe: sed iter agens: ipsumque ac peram ut refert Athenodorus atheniensium princeps & polyuctus rhetor & Lyfanius æschri-